Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



batur sedentem uestitum & sane
menas. Et timuerunt & nar
rauerunt illis qui uiderant
qualiter factum esset ei qui dmo
nium habuerat & de porcis. Et ro
gare eum ceperunt ut discederet
a finibus eorum. Cumq; ascend
ret nauim cepit eum deprecari
qui a demonio uexatus fuerat
ut esset cum eo. et nō admisit
eum sed ait illi. Vade in domum
tuam ad tuos & annūcia illis qū
ta tibi fecerit deus & misertus sit
tui. Et abiit et cepit predicare
in decapoli quanta sibi fecit deus
ihesus. et omnes mirabantur.
Et cum transiendisset ihesus
in nauim rursus transfretauit
conuenit turba multa ad illum
et erat circa mare. et ecce quidā
de archysinagogis nomine iair
et uidens eum procidit ad pedes
eius. et deprecabatur eum mul
tum dicens. Quoniam filia mā
mea extrema est. uenī impone ma
nus sup eam ut salua sit & uiuat
Et abiit cum illo & sequebatur
eum turba multa. et comprimebat
illum. Et mulier que erat in pro
fluuio sanguinis annis duodecī
et fuerat passa multa a medicis
medicis. et erogauerat omnia
sua. nec quicquam profecerat sz
magis de peius habebat. cum au
disset de ihesu uenit in turba
retro et tetigit uestimentum eius.
Dicebat enī. quia si uestimentum
eius tetigero salua ero. Et cōfes
tim siccatus est fons sanguinis eius &
sensit corpore quod sanata esset
a plaga. Et statim ihesus cognos
cens in semetipo uirtutem que ex
ierat de eo conuersus ad turbam
dicebat. Quis tetigit uestimenta
mea. Et dicebant ei discipuli eius.
Vides turbam comprimentem te & di
cis quis me tetigit. Et circumspi
ciebat uidere eam que hoc fecerat
Mulier autem timens & tremens sci
ens quod factum est in se uenit.
et procidit ante eum & dixit ei om
nem ueritatem. Ihesus autem dixit ei
filia. fides tua te saluam fecit uade
in pace. et esto sana a plaga tua.
Adhuc eo loquente uenerunt ad ar
chisinagogum dicentes. Quia fili
a tua mortua est. quid ultra uexas
magistrum. Ihesus autem uerbo qđ
dicebatur audito. ait archisinago
go. noli timere tantum crede. Et nō
admisit quenq; sequi se. nisi petrum
et iacobum et iohannem fratrem
iacobi. et uenerunt in domum archi
sinagogi. et uidit tumultum & flē
tes et ululantes multum. et ingres
sus ait eis. Quid turbamini & plo
rate. puella nō est mortua sed dor
mit. Et irridebant eum. Ipe uero
eiectis omnibus assumpsit patrem
et matrem puelle aut illi. Thabi
thum. quod est interpretatum. Pu
ella tibi dico surge. Et confestim
surrexit puella et ambulabat. Er
at autem annorum duodecim & obsti
puerunt stupore maximo. Et pre
cepit illis uehementer ut nemo